

Psalmus

CXVIII

at a domo domini: Et si initium inquit a nobis: quia
 hinc finis erit eis qui non credunt domini euangelio: Et si
 iustus quidem uis saluatus erit: peccator et impius ubi pare-
 bunt: hoc enim ait de persecutionibus quas patiebatur
 ecclesia: cum finem peccatorum circumplectentur eam.
 Proinde media noctem grauioza tribulationis intel-
 ligenda existimo: in qua dixit: Surgebam: quia non
 est sic affligebat ut desereret: sed exercebat ut surge-
 ret: id est ut causa tribulationis ad fortius confitendum
 proficeret. Nam uero quia ista sunt gratia dei per iesu
 christum dominum nostrum: uocem persone sue per hanc pro-
 phetiam suo corpori adiungit ipse saluator. Ad ipsum
 caput enim. prope quod loquitur pater arbitror. Particeps
 ego sum omnium timentium te: et custodi-
 entium mandata tua: Sicut est in epistola que ad
 hebreos scribitur: Qui enim sanctificat et qui sanctificatur:
 ex uno omnes. Propter quam causam: non confundit
 fratres eos uocare. Et paulo post: Propterea ergo
 inquit: quod ueri communicauerunt sanguini et carni: et ipse
 ipse modo participauit eis. Quod quid est aliud
 quam eorum particeps factus est? Neque enim efficeremur
 participes diuinitatis eius: nisi ipse mortalitatis no-
 stre particeps fieret. Nam et in euangelio quo nos diuini-
 tatis eius participes facti sumus: ita dicitur: Dedit
 eis potestatem filios dei fieri his que credunt in nomine eius.
 Qui non ex sanguinibus neque ex uoluntate carnis: ne-
 que ex uoluntate uiri: sed ex uero natum sunt. Et ait hoc
 fieret: quia et ipse factus est particeps mortalitatis no-
 stre: ita ubi sequitur: Et uerbum caro factum est: et habitauit
 in nobis. Per hanc eius participationem uobis gra-
 tia subministrata: ut caste timeamus deum: et custodia
 mandata eius. Proinde ipse dominus iesus loquitur
 ista prophetia: sed quedam in membris suis et unitate cor-
 poris sunt: tanquam in uo quodam homine diffuso toto
 orbe terrarum: et succrescente per uolumina seculorum:
 quedam uero in seipso capite nostro. Unde et hoc est quod
 ait: Particeps ego sum omnium timentium te: et custodi-
 entium mandata tua. Et quod propter hoc quod particeps fa-
 ctus est fratrum suorum: deus omnium: immortalis morta-
 lium: ideo gratiam cecidit in terram: ut mortificatus multum
 fructum faceret. Et de ipso fructu securus adiungit. Pro-
 pter misericordia tua domine plena est terra. Et
 uide hoc: nisi cum iustificat impius? In cuius gratie
 scientia ut proficit adiungit: Et iustificationes
 tuas doce me.

Explicit sermo de uicinis uicinis. Incipit sermo
 de uicinis uicinis de uersu psalmi: Suauitatem fecisti
 cum seruo tuo domine: utque ad: Bonum mihi lex oris tui
 super mille aurum et argentum.

In uersu psalmi huius de quibus nunc in uo-
 luntate dei disputari sumus ab hoc inci-
 piunt: Suauitatem fecisti cum seruo
 tuo domine in uerbum tuum: Et potius:
 in eloquio tuo. Sed quod ait grecus ΧΡΗΜΑΤΟΣ
 et opus: aliquando suauitatem: aliquando bonitatem no-
 tri interpretes translulerunt. Uerum quia suauitas po-
 tuit esse et in malo: quando illicita queque et immunda
 delectant: potuit etiam esse et in ea que procedit uoluptate
 carnali: sic debemus intelligere suauitatem: quam
 φησὶ τὸ τοῦ θεοῦ greci uocant: ut in bonis spiritua-
 libus tepet. Propter hoc enim et a bonitate nostri
 appellare maluerunt. Nihil habet aliud dictum existimo: su-
 uitate fecisti cum seruo tuo: nisi fecisti ut me delecta-

ret et bonum. Quia ei delectat et bonum: magnum tui domini
 est: Quia autem bonum opus quod lex impar sit timore per se non
 amorem iusticie: cum deus metum non amat: seruiliter sit
 non liberaliter. Seruus autem non manet in domo ieter Job. 2.
 nisi: filius manet in eternum: quia consummata charitas 1. Job. 4
 foras mittit timorem. Suauitatem itaque fecisti cum seruo
 tuo domine faciendo filium qui seruus fuit: in eloquio tuo:
 hoc est in promissu tuo: ut in fide firma sit promissio
 in omni semini. Suauitatem et eruditionem et sci-
 entiam doce me inquit: quonia mandatis
 tuis credidi. Augeri sibi ista pollicetur et pater. Nam
 utique quia iam dixerat: Suauitatem fecisti cum seruo tuo:
 quod dicit suauitatem doce me: nisi ut et gratia dei mag-
 nis magisque abundet: uel immoretur dulcedine boni-
 tatis: habebat enim fidem qui dixerat: Domine au-
 ge nobis fidem. Et quod uis in hoc mundo: profi-
 cientium est hec caratio. Ad didit autem et eruditionem uel
 sicut plures codices habet disciplinam. Sed discipli-
 nam quam greci appellant φησὶ τὸ τοῦ θεοῦ ubi scripturae no-
 stre ponere consueuerunt: ubi intelligenda est per molestias
 eruditionis: in illud: Quae enim diligunt deum corrumpit: et
 flagellat autem omnem filium quem recipit. Hec autem apud
 ecclesiasticas litteras dici assolet disciplina: interpres
 tata de greco ubi legitur φησὶ τὸ τοῦ θεοῦ. Hoc enim uerbum
 in greco positum est in epistola ad hebreos: ubi latinus
 interpretis ait: Omnis enim disciplina ad plens non gau-
 dium uidetur esse sed tristitie: postea autem fructus pacifici-
 tis qui per eam certantur reddit iusticie. Quia ergo
 facit de suauitate: id est cui spiritus inspirat boni delecta-
 tionem: atque ut apertum id explicet: cui donata a deo chari-
 tas dei: et ipse uerbi charitas primis: profecto istant ora
 re debet: quod tibi sibi augeat bonum: ut non solum illo
 precantur delectationes ceteras: sed etiam pro illo quasi
 bet perferat passiones: Ita suauitatem salubriter adait
 disciplina: Non enim quatuor uel quatuor suauitati uel boni-
 tati: hoc est charitatem sancte poscenda est et obtinen-
 da: sed tam magne ut sub eius pressura non possit ex-
 tinguui: sed sicut ingens flamma sub impetu uenti quoniam
 uel magis reprimunt: tanto ardentius excitant. Ideo pa-
 rum fuit dicere: suauitatem fecisti cum seruo tuo: nisi rursum
 repeteret ut ei doceat suauitatem: tanta utique ut dis-
 ciplinas possit patientissime sustinere. Terria ponit
 scientia: quonia si magnitudine sua preccedit scientia
 magnitudine charitatis: non edificat sed inflat. Quia
 ergo tanta fuerit charitas in bonitate seruauit: ut tribu-
 lationibus non possit extinguui quas adhibet discipli-
 na: que tunc uisus erit scientia: quod innotescat etiam sibi ho-
 mo quid ipse meruerit: et que a deo donata sint ei: per
 que posse se sciat que se posse nesciebat: et per seipsum
 omnino non poterat. Quod autem non ait: da mihi: sed doce
 me: quomodo suauitas doceat si non uetur: Quando-
 quidem multi quod eos non delectat scire: et quarum rerum
 habet cognitionem: non habent suauitatem: Suauitas
 enim disci non potest: nisi delectet. Item disciplina que
 significat emendationem tribulationem: accipiendo dis-
 citur: id est non audiendo uel legendo uel cogitando:
 sed experiendo. At uero scia quam tertio loco posuit
 his que ait: doce me: docendo datur. Nam quid est
 aliud docere: quam scientiam dare: Et hec duo ita sibi con-
 nexa sunt: ut alterum sine altero esse non possit. Nemo
 enim docet nisi discat: et nemo discat nisi doceatur. Et ideo
 si discipulus capax non sit eorum que a doctore dicun-
 tur: non potest doctor dicere: ego enim docui: si ipse non
 docuit: si ipse non
 bb 5

Ro. 4
 Al. Bonitates
 Disciplinam
 quia

Luci. 17

1. Cor. 5
 Heb. 12

Idem.

Matt. 22.

1. Cor. 8

1. Cor. 2

D